

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Residiuatio b
cum fontibus proximo et primo

Manipulus florum, Residiuatio b:

Post lauacrum mundus esse negligit qui post lacrimas uite innocenciam non custodit. Lauantur quidem et mundi non sunt quia commissa flere non desinunt, et iterum flenda committunt.

Augustinus in glossa super illud Ecclesiastici XXXIII.:
Qui baptizatur a mortuo et cetera.

Fons proximus:

Qui baptizatur. Lauamini mundi estote et cetera.
post lauacrum mundus esse negligit. qui post lacrimas vite innocenciam non custodit. Lauantur quidam et mundi non sunt quia commissa flere non desinunt. et rursus flenda committunt.

Glossa ordinaria, liber ecclesiastici, 34.30 (Biblia Latina cum glossa ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg, 1480).

Fons primus:

Post lauacrum enim mundus esse negligit, quisquis post lacrimas uitae innocenciam non custodit. Et lauantur ergo et nequaquam mundi sunt, qui commissa flere non desinunt, sed rursus flenda committunt.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.30 (SC 382, F. Rommel ed., p.478, ll.27-31).